fugiens in quendam locũ venit vbi tri=
bus annis hominibus incognitus man=
sit: excepto quodã monacho romano no
mine: qui sibi sedule necessaria ministra
bat. Cum vͦo ad specum a romani mo=
nasterio iter non esset. panem in longissi
mo fune ligabat: ⁊ sic eum deponere cõ=
sueuerat. Tintinabulũ etiam ipi corde
inseruit vt ad eius sonitũ vir dei cogno
sceret quando sibi romanus panem pre
beret. quem exiens acciperet. Sed anti=
quus hostis vnius caritati ⁊ alterius in
uidẽs refectioni lapidem iactauit ⁊ tin=
tinabulum fregit. Sed tamen romanꝰ
ei ministrare nõ desijt. ¶ Post hͦ cuidẽ
presbytero refectionem sibi in pascali so
lẽnitate paranti dominus per visum ap
paruit dicẽs. Tu tibi delicias preparas
⁊ seruus meus illo in loco fame crucia=
tur. Qui protinus surrexit: ⁊ cũ difficul=
tate magna eum inueniens dixit. Sur=
ge ⁊ sumamus cibuz. qꝛ hodie pasca do=
mini est. Cui Benedictus. Scio qꝛ pa=
sca est. qꝛ videre te merui. Lõge quippe
ab hominibus positus. qꝛ die eadem pa
scalis esset solẽnitas ignorabat. Cui pre=
sbyter. Ueraciter hodie resurrectiõis di
es dominice est. abstinere te non conue=
nit qꝛ ob hoc ad te missus sum sicqꝫ deũ
benedicentes sumpserunt cibum.

¶ Quadam die auis quedã nigra que
merula vocatur importune circa eius fa
ciez volitauit: ita vt ab eo manu capi po
tuisset: sed signo crucis edito auis reces=
sit. Moxqꝫ diabolus quandam feminã
quã aliquãdo viderat ante eius oculos
mentis reduxit. eiusqꝫ animũ tãto igne
in speciẽ illius accẽdit. vt pene heremuz
voluptate victus deserere deliberaret.
Sed subito diuĩa gratia ad se reuersus:
continuo se exuit. ⁊ in spinis ⁊ vepribus
que ibi aderant se adeo volutauit. vt
toto corpore inde vulneratus exiret et
per cutis vulnera mentis vulnera edu=
ceret. Uicit itaqꝫ peccatũ qꝛ mutauit in=
cendium. Ab illo autem tempore nul=
la postmodum temptatio in eius corpo

repullulauit. ¶ Crebrescẽte itaqꝫ eius
fama. cũ abbas mõasterij cuiusdã obijs=
set. tota ipsius monasterij ꝯgregatio ad
eũ venit: ⁊ vt ꝑesse eis deberet petijt. Qui
diu negãdo distulit. suis illorꝗ fratrũ
moribꝰ se ꝯuenire nõ posse ꝑdixit. Sed
tandẽ victus ꝑcibꝰ assensuz dedit. Cũqꝫ
regulam illic districtius reseruari perci=
peret. semetipsos monachi repꝛhẽdebãt
ꝙ ipsum sibi preesse poposcerant: quorũ
scz tortitudo in normam eius rectitudi=
nis offendebat. Cũqꝫ sibi cum eo aspice
rent illicita nõ licere. ⁊ sedule assueta re
linquere: venenum vino miscuerunt: et
sibi recumbenti obtulerunt. Sed bene=
dictus signũ crucis edidit qui quasi ia=
ctu lapidis vas illud vitreuz fregit. In
telligens igitur qꝛ potum mortis habue
rat. quod portare non potuit signũ vi=
te. illico surrexit ea placido vultu dixit.
Misereatur vestri omnipotens deꝰ. fra
tres nũquid nõ dixi vobis. qꝛ vestris ac
meis moribus non conuenirem? Tunc
ad locũ derelicte solitudis redijt. Ubi
crebrescentibꝰ signis claruit. Et multis
ad eum venientibus duodecim mona=
steria construxit. In vno autem illoruz
qͥdã monachus erat. qui ad orationẽ
diu stare nõ poterat: sed orantibus alijs
mox foras exibat ⁊ aliqua terrena ⁊ trã=
sitoria agebat. Quod cum abbas illius
monasterij beato Benedicto narrasset
iuit illuc. ⁊ vidit ꝙ illum monachum ꝗ
manere in oratione non poterat. quidã
niger puerulus per vestimenti fimbriaz
foras trahebat. Dixitqꝫ abbati monaste=
rij. ⁊ mauro monacho. Nũqd non aspi
citis quis est qui eũ trahit? Cũqꝫ respõ=
dissent non. Ait. Oremus vt vos etiaz
videatis. Orantibus illis maurus vidit
sz abbas videre nõ potuit. Die igit̃ alia
expleta oratione vir dei monachũ foris
repperit: quez pro sui cecitate virga per=
cussit. ⁊ extunc imobilis in oratione per
mãsit. Sicqꝫ antiquus hostis dominari
non ausus est in eius cogitatiõe: ac si ipse
ꝑcussus fuisset ex verbere. ¶ Et bis mo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-286/0122
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG